

[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in two columns across the page. Several lines are underlined in red ink, and there are several large red initials or rubrics scattered throughout the text. The parchment shows signs of age, including staining and wear at the edges.]

Communicata
in decem



M-s. 1297

an f.

R

2197.6

F. A. v. Maxß
1831 oho

16
DVO CARMI

NA IN HONOREM D. IA-
COBI BASILICI, NOBI-
LIS GRAECI, DOMI-
NI SAMI &c.

scripta

A POETIS AB EODEM

laureatis.



VVITEBERGAE

1 5 5 6.

HERACLIDAE IACOBO BASILICO,
equiti aurato & comiti Palatino, nobili Græco,
domino Sami & Marchioni in Paro &c.
gratitudinis ergo scripsit ZACHA-
RIAS PRAETORIVS Mans-
feldensis, ab eodem potestate
D. Caroli V. Caesaris,
Laurea donatus.

Anno 1556. 4 Cal. Iunij.

PER mare, per terras, per mundi climata, Turca
Inde à Caucaseis rupibus arma mouet.
Ille potens Asiae regnum terrasq; subegit
Quae Phoebi radios exorientis habent.
Obtinet Aegaei portus & littora ponti,
Qui sparsas refluxis Cycladas ambit aquis.
Hellas & ipsa iugo summisit colla superbo,
Possidet Argivas Turca tyrannus opes.
Adde Palestinæ terras atq; ostia Nili,
Et Lybicæ quondam florida regna plagæ.
Quae loca Tigris amat, quas gemmifer Indus ad oras
Voluitur, illius sub ditione iacent.
Insuper Europæ partes Oriente subactò
Tentat, & occiduis imminet hostis agris.
Balthica, si posset, proferret ad æquora sceptrum,
Cogeret & populos diues Ibere tuos.
Sed tamen ad patrias propius deuoluitur arces
Pernicies orbis bellua, sæua, minax.
Nemone iam uigili quærit medicamina cura?
Nemô repellendis hostibus arma capit?
An fera per totum rabies dominabitur orbem,
Nil nisi barbaries horrida, mundus erit?
Tu sapere

Tu sapere alterius fato Germania disce,
Hellados an non te tristis imago mouet?
Quæ doctrinarum sedes reginaq; quondam
Græcia, & ingenijs nobilitata fuit:
Nunc exul uarijs miserè iactatur in oris
Atq; domi sentit damna, pericla foris.
Iam licet infestus Musis habet omnia Turca,
Non tamen ingenijs Græcia tota caret.
Reliquiæ restant, regum de stemmate natæ,
Quæ referunt generis signa decusq; sui.
Pauci, quos artes iuuat instaurare benignas,
Et rotos studijs inuigilare dies.
Græcia Musarum cultrix effecit, ut arte
Possimus mentes excoluisse rudes.
Quare debemus populo *Dei* Gratiùm,
Ut gratas habeant facta benigna uices.
HVNC quoq; præstantem summa uirtute Iacobum,
Edira sincera gratia mente decet.
Doctus ut est etenim, sic stirpis origine pollet,
Regali gestat stemmata digna domo.
Solerti studio didicit de motibus artes,
Ingenio cælum supposuitq; suo.
Adde quod & sanæ doctrinæ mystica nouis
Dogmata de ueri cognitione Dei.
Dotibus his addit generis monumenta uetusti,
Illustresq; sua nobilitate uiros.
Sed tamen (ô rabies Geticæ Cyclopica gentis)
Perdidit en etiam Turca Iacobe tuos.
Occubuit crebris auus in Minoide terra
Ictibus, & tepido sanguine tinxit humum.
Occidit Selymus fratrem matremq; patremq;
Hoc potuit grauior quis doloresse tibi?

A ij

Attu

At tu uicinas puer ablegatus in oras,
Spes generis fueras unica penè tui.
Robore mox crescente, simul crescentibus annis,
Aetas cum rebus iam magis apta foret:
Teutonicas exul terras lustrare coactus,
Aspicere inuicti Cæsaris ora cupis.
Huic equitum turmas uictriciaq; agmina bello
Educens, Celtis strenuus hostis eras.
Tunc tua nobilitas eluxit & ardua uirtus,
Tunc iram sensit Liliger ipse tuam.
Carolus ergo tibi bello fortissimus heros
Bellica uirtutis præmia ritè dedit.
Præter & acceptos natalibus auxit honores,
Ut nunc aurato sis eques ense grauis.
Inde Palatini tribuit tibi Cæsar honorem,
Eximia est tanto laus placuisse Duci.
Non itaq; immeritò celebrant te carmine Musæ,
Non temerè faueo laudibus ipse tuis.
Nanq; faues nostris itidem uir docte Camœnis,
O ex Herculea stirpe Iacobe nepos.
Quid generose Sami princeps nunc restat ut orem,
Aut aliud uotis, quid precer ipse meis?
Littoribus uestris fauos nisi pellere Turcas
Ut uelit & pacis reddere dona Deus?
Reprimat incursum & non sinat oppida flammis
Corruere, aut alia sorte perire mala.
Colligat in uestris etiam regionibus agmen,
Quod dulci Christum laude subinde canat.
Exiliq; moram leuet atq; incommoda tollat,
Plurima qui facili damna rependit ope.

FINIS.

HERACLIDAE IACOBO BASILICO
Equiti aurato, & Comiti palatino, Domino Sami
& Marchioni in Paro &c, gratitudinis ergo scripsit
Franciscus Raphael Hetsstetensis, ab eodem
Caroli V. Imperatoris potestate, laurea donatus.

Anno 1556.

HEl quando scythici rabies immensa Tyranni
Vindice Teutonico milite, fracta cadet?
Quando Germana uirtute domabitur hostis
Qui ruptis inhiat legibus orbis opes.
Et ferus exultans trahit infinita Scytharum
Agmina, quæ subigant Teutona colla iugo.
Quo tibi quo celsit Germania pristina uirtus?
Et quondam rebus gloria parta tuis.
Ausa prius latebras Asiae disquirere cunctas,
Et sauis ultro bella parare uiris.
Nunc metuis proprijs depellere finibus hostem.
Qui trahit innumeros in tua fata Scythas.
Nonte exempla mouent, pulcherrima floruit olim
Graecia, Musarum sedibus apta domus,
Nunc uastata iacet, Regumq; à stirpe potentes
Coguntur patrij linquere regna soli.
Et mutare locum: Veteres migrare Colonos,
Dum iubet, & prædas Turcicus hostis agit.
Par erat Argolicae deserta soluere terræ,
Et grata Graios mente fouere uiros.
Quicquid habet Latium doctrinae, quicquid & artis
Contulit hoc illi Graecia prima parens.
Si quis Aristotelem uel magnum tollat Homerum
Aut Graiae quisquis conditor historiae est.

A v Inuoluee

Inuoluet Latias tanta caligine terras.
Quanta uix, solis si cadat orbe globus.
At tu nate Samo, luges sine fine parentem,
Barbarico Selimus quem dedit ense neci.
Quando Samum cepit, quam, dum sua sidera quærit,
In medijs terram Nauita monstrat aquis.
Nonne satis miseranda fuit fortuna parentis,
Ni genitrix simili morte perempta cadat?
Tertius in sortem frater successit eandem,
Hei ternas animas abstulit una dies.
Nec tibi conditio melior, quam uita relicta est,
Sola tamen reliquis anteferenda bonis.
Inuida fortuna est, cui denegat esse secunda,
Huic etiam in cunis incipit esse grauis.
Vix dum natus eras, cum factus es orbus & exul,
Orbus & exul habes quæ mala summa feras.
Iam foret apta manus sceptris, regnoq; paterno,
Iam posses ductor ciuibus esse tuis
Inuida ni fortuna premat, quæ coges exul,
Extera pro patrijs regna uidere focus.
Qua prope Alexandri Nilus diffunditur urbem,
Coepisti prima naue secare fretum.
Inde per extremos Asiae ratis aduena tractus
Currit, quæq; solum fertile Thraces arant.
Donec fixa manens ad Balthica littora, misit
Expositum, steriles tingit ubi Albis agros.
Si qua tamen restat, quæ restat, pectore cura,
Exilijq; gemunt anxia corda malis.
Fortiter ingenita mentis uirtute leuabis,
Qua scis magnanimo pectore ferre malum.
Sola potest uirtus animo præscribere legem:
Omne solum patriam fortibus esse uiris.

Cui

Cui doctrina pari sociat uestigia gressu
Indefessa suis quæ solet ire comes.
At nos qui bello petimur, quid possumus ultra?
Quam precibus uerum sollicitare Deum.
Gestet ut ipse suos, Turcorum pellat & arma,
Et seruet coetus agmina sancta sui.
At tua, magne Sami tot uectæ per æquora princeps,
Cum faueas studijs ingenijq; bonis.
Cantari meruit Musarum carmine uirtus,
Leniat exilij quod mala damna tui.
Id facient alij, quibus æthere spiritus alto
Se totum infundens, uberiora canit.
Hæc tamen ipse dedi gratam testantia mentem,
Laurea quandoquidem munere sumpta tuo est.
Exiguum est quodcunq; dedi, sed grata uoluntas,
Non dubijs offert debita signa notis.
Forfan erit tempus, cum tu maiora mouenti
Plectra, dabis uires materiemq; mihi.
Curre uiam faustus, cæloq; fruare sereno,
Nullaq; susceptum causa moretur iter.
Sed cessent cœliq; minæ, uentiq; sub antro
Nequicq; circum claustra inimica fremant.
Duxq; comesq; suo te protegat agmine Christus
Ne tibi nocturnus possit obesse dolus.
Is faciat sospes uideas tua debitus hæres,
Regna & depulsos turpiter inde scythas
Tunc optem mihi contingat uel uena Maronis,
Qua celebrem reditus tempora lata tui.

F I N I S.

Cal dectina partioe ueligit gressu
Indelicta hinc quae soler ne comere
At nos quod ille primus quid possunt
Quam praeterit acrim sollicitudine
Gressu in se hinc Turcorum bellis de annis
Et hinc totus agitur tanta hinc
Atque magis hinc uelut per a quod praeterit
Cum hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Cum hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Lentis hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
In hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Set hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Lentis hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Exiguam hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Non hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Fors hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Cum hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Nulla hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Dixit hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Nihil hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
In hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Regna hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Tunc hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Quae hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc

F I N I S



153028

AB: 153028

ULB Halle

3

003 486 044



86



[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in columns and includes several large, decorated initials in red ink. Some lines are underlined with red ink.]





16

DVO CARMINA
NA IN HONOREM D. IACOBI
BASILICI, NOBILIS
GRAECI, DOMINISAMI &c.
scripta

APOETIS AB EODEM
laureatis.



VVITEBERGAE

1 5 5 6.